

## DUO LIBELLI SUPPLICES

a S. Alfonso sociisque Summo Pontifici porrecti  
ad Instituti et Regularum approbationem impetrandam  
et ad Breve Apostolicum approbationis obtinendum

quos transscripsit ac commentatione ornavit

ANDREAS SAMPERS

### INTRODUCTIO

Postquam conatus approbationis regiae Congregationis obtinendae, an. 1747-48 instituti, secus evenerant (1), Alfonsus sociique denuo (2) de obtinenda approbatione pontificia Instituti et Regularum serio cogitare coeperunt, quae initio sequentis anni 1749 re vera concessa est (3).

Uti mos est in huiusmodi negotiis gerendis, Libellus supplex ab oratoribus porrectus est Summo Pontifici, qui petitionem S. Congregationi Concilii detulit ad rem agendam (4). Apostolicae Sedis ministerium primum sententiam Ordinarii loci, Card. Iosephi Spinelli, archiepiscopi neapolitani, exquisivit, mittens ipsi Libellum supplicem Summo Pontifici praesentatum (5). Postquam Alfonsus consilium cum confratribus aliisque theologis et iuris canonici

---

(1) Cfr R. TELLERIA, *S. Alfonso M. de Ligorio I*, Madrid 1950, 428 ss.; M. DE MEULEMEESTER, *Origines de la Congrégation du Très Saint Rédempteur II*, Louvain 1957, 163 ss.

(2) In AG I A 1-3 conservantur quaedam adumbrationes et notitiae pro conficiendo Libello supplici ad pontificiam Instituti approbationem petendam, scriptae ann. 1742-3-4. - Primum documentum editum est a P.e Gregorio, secundum autographum S. Alfonsi in archivo Curiae neapolitanae conservatum, in *Spic. hist.* 10 (1962) 18-19.

(3) Historiam approbationis pontificiae Instituti et Regulae CSSR fuse describunt TELLERIA, *op. cit.* 444 ss. et DE MEULEMEESTER, *op. cit.* 187 ss. Vide etiam BERNARDS in *Spic. hist.* 14 (1966) 318-337.

(4) Auctoritas approbationis novorum institutorum religiosorum (sensu lato) tunc temporis erat penes S. Congregationem Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, non vero penes S. Congregationem Episcoporum et Regularium.

(5) Copia epistolae Card. Antonii Gentili, praefecti S. Congregationis Concilii, Card. Iosepho Spinelli dati die 30 III 1748, conservatur in AG I A 4. Libellus supplex Angeli (!) de Liguori mittitur cum petitione illum remittendi, « prudentissimum animi sui sensum aperiendo ».

consultis inierat, Regulam sui Instituti tradidit Cardinali Spinelli, qui illam, addito suo iudicio benevolo (6), Romam misit (7).

Versus finem mensis novembris 1748 S. Congregatio Concilii demandavit Card. Ioachimo Besozzi, ut sententiam diceret circa Regulam praesentatam (8). Besozzi eiusque administri Regulam in formam meliorem, utique secundum consuetudines romanas illius temporis (9), redigerunt et die 18 ian. 1749 Cardinalis relator votum suum valde benevolum dedit (10).

Regula modo certo et definitivo redacta, novus Libellus supplex confectus est; melius dicamus, Libellus supplex originalis, a Cardinali Spinelli Romam remissus, in quibusdam accomodatus est, quia non iam convenit mutato Instituti titulo (11) et quia tunc Regula pro approbatione pontificia parata aderat (12).

Immutata redactio Libelli supplicis certe Romae confecta est; ut videtur, a quodam officiali S. Congregationis Concilii, ubi minuta aptata documenti conservatur (13); conscio, ut supponi debet, P.e Andrea Villani, qui Romae commorabatur a die 13 nov., ut approbatio expeditius obtineretur (14). Non ipse Alfonsus, aut aliquis amanuensis ipsius mandato, novam Libelli supplicis redactionem confecit, uti ex nexu historico et ex criteriis internis documentorum dilucide patet (15). Ceterum haec nova redactio erat res mere «buro-

(6) Sententia Cardinalis Spinelli, data die 11 X 1748, edita est in opere *Documenta miscellanea ad Regulam et Spiritum Congregationis nostrae illustrandum*, Romae 1904, 75-78. Initio epistolae Spinelli dicit se adiungere Libellum supplicem, quem S. Congregatio Concilii ipsi miserat.

(7) Regula ab Alfonso Cardinali Spinelli tradita et deinde Romam missa nuper edita est in *Spic. hist.* 16 (1968) 400-412; cfr *ibid.* 290.

(8) Ultima pagina alba Regularum manuscripti (p. 44) ab officiali S. Congregationis Concilii notatum est: «Die 23 Novembris 1748». Sequitur notitia a Congregationis secretario Rev.mo I. Furietti inscripta: «E.mo Besutio, qui dignetur rem perpendere et votum suum aperire».

(9) Accuratius delineatur forma iudicialis Instituti et magis determinantur munera et officia sociorum. In genere magis exprimitur ratio iudicialis Regulae (Regula ut lex); rediguntur vero considerationes indolis asceticae.

(10) Votum Cardinalis Besozzi editum est in opera *Documenta miscellanea* 78-80.

(11) Ex voto Cardinalis Besozzi: «Quod autem ad titulum spectat, ad confusionem vitandam cum Canonicis regularibus SS.mi Salvatoris, dicerem Congregationem hanc non SS.mi Salvatoris, sed Redemptoris nuncupandam esse». *Ibid.* 79, in fine.

(12) In Libello supplicis originali petitur ut Summus Pontifex approbare dignetur «le Regole che a suo tempo s'umilieranno a' suoi piedi». Postquam Regulae praesentatae fuerant, haec enuntiatio mutanda erat. Vide infra, not. 59-60 ad textum Libelli supplicis.

(13) Etiam P. Bernardis putat, novam redactionem Libelli supplicis Romae confectam esse. «Da nun die beiden letztgenannten Exemplare des Bittgesuches die Kongregation bereits 'SS. Redemptoris' nennen, muss ihre Entstehung nach Rom verlegt werden, und zwar nach der bereits erfolgten Ueberprüfung der Regel durch Kardinal Besozzi». *Spic. hist.* 14 (1966) 320.

(14) Ea quae P. Villani perfecit ad approbationem obtinendam S.o Alfonso communicavit in suis epistulis, 2 XI 1748 - 28 II 1749; editis a DE MEULEMEESTER, *op. cit.* 274-315.

(15) Ex nexu historico: quia Alfonsus, inscius Congregationis tituli postea immutandi et immutati, titulum SS. Redemptoris non apposuit in Libello. Ex criteriis internis documentorum: duo exemplaria novae redactionis Libelli supplicis, quae in Arch. Secr. Vat. conservantur, non a causae actoribus praesentata sunt; vide infra, ubi describuntur.

cratica », pro usu in Apostolicae Sedis ministeriis, minime requirens interventum ipsius supplicantis (16).

Libelli supplicis ad Institutum et Regularum approbationem impetrandam conservantur, quantum scimus, quattuor exemplaria: adumbratio-minuta exstat in archivo generali CSSR; documentum originale, Summo Pontifici porrectum, adest in Archivum Secreto Vaticano, ibidemque conservantur duo exemplaria novae Libelli redactionis.

1. - Adumbratio-minuta conservatur in AG I A 3b. Documentum constat folio maiore plicato. Textus pp. 1-3 scriptus est manu ignota. Versus 11 p. 1 linea deletus est; erat scriptum: « sotto la direzione del fu Monsignore Falcoja, Vescovo di Castellammare ». In parte superiore a dextris p. 4 habetur sequens notitia a S. Alfonso m.p. inscripta: « V. Giesù Maria G e T. Mem[oria]le a Roma e L[ette]ra & ».

2. - Libellus supplex originalis, a S. Alfonso benefica opera Rev.mi Iosephi Puoti Romam missus, conservatur in ASV, Arch. S. Congregationis Concilii, Positiones, 25 Ian. 1749, Alfonso di Liguori; folia Positionis non sunt numerata, Libellus supplex originalis est Doc. III. Documentum constat folio maiore plicato. Textus pp. 1-3 scriptus est manu ignota, quae similitudinem quandam habet manui S. Alfonsi. In parte dextra p. 4 additae sunt diversae notitiae aliis manibus (17): a) « Alla Santità di N. S. Papa Benedetto XIV - Per - Il Sacerdote Angelo [!] di Liguoro e gl'altri Sacerdoti suoi Compagni Missionarj, congregati sotto il titolo del SS.mo Salvatore nella Città di Napoli ». Inscriptio documenti addita, ut videtur, ab eo qui Libellum Papae tradidit; Rev.mus Puoti? - b) « Alla Cong.ne del Concilio ». Ut videtur, manus secretarii Summi Pontificis Benedicti XIV (18). - c) « Neapolitana - Die 30 Martij 1748 ». Notitia scripta a quodam officiali secretariae S. Congregationis Concilii, die quo documentum ibi in tabulas relatam est. - d) « E.mo Archiep.o pro informatione et voto ». Manus Rev.mi Iosephi Furietti, secretarii S. Congregationis Concilii; qui notat informationes et sententiam Em.mi Iosephi Spinelli exquirendas esse.

3. - Adumbratio novae redactionis Libelli supplicis conservatur in archivo S. Congregationis Concilii, *ut supra*, Doc. IV; sequitur ergo proxime post Libellum supplicem originalem. Documentum constat folio maiore pli-

(16) TELLERIA, *op. cit.* 447, et post eum DE MEULEMEESTER, *op. cit.* 200, affirmant immutatam redactionem Libelli supplicis Romam missam fuisse una cum Regulis et voto Cardinalis Spinelli. Hoc tamen non probant ex documentis, quibus ceterum opinio contraria sustentatur, uti indicavimus.

(17) Facsimile in forma diminuta, vulgatum apud TELLERIA, *op. cit.* 445, non exhibet notitias Romae appositae Libello supplici S. Alfonsi, sed notitias appositae Libello supplici P. is Villani ad Breve apostolicum approbationis obtinendum. Vide infra, ubi describitur Libellus P. is Villani.

(18) TELLERIA, *op. cit.* 445, et post eum DE MEULEMEESTER, *op. cit.* 190, putant quod ipse Benedictus XIV m.p. hanc notitiam apposuit. Rev.mus Angelus Mercati, quondam Arch. Secr. Vat. praefectus, nobis ante viginti circiter annos dixit, hanc manum esse potius Papae secretarii, non ipsius.

cato. Textus pp. 1-3 scriptus est a quodam officiali S. Congregationis Concilii. In parte inferiore a dextris p. 4 habetur sequens notitia, ab alia manu inscripta: «Sotto questo Mem[oria]le con l'inserte Costituzioni e Regole riformate dall'E.mo Besozzi fu dato il Decreto delli 25 Genn° 1749». Hoc die S. Congregatio decidit Institutum et Regulas CSSR approbari posse.

4. - Exemplar nitide scriptum novae redactionis Libelli supplicis conservatur in ASV, Arch. Secretariae Brevium, 3180, Bened. XIV, 25 Febr. 1749, fol. 76-78<sup>v</sup>; ordo documentorum in hac Positione est confusus, Libellus supplex est Doc. III. Eadem manus, quae scripsit Libellum supplicem, exaravit minutam Regulae approbatae. Textus Regulae approbatae sequitur statim post textum Libelli, incipiens a verso 11° p. 78<sup>v</sup>.

Haec S. Patris nostri epistula iam aliquoties edita est: lingua originali italica (19) et versione latina (20), etiam lingua gallica (21) et pars eiusdem lingua hispanica (22). Quia tamen inter editionem italicam et versionem latinam vulgatam quaedam differentiae notantur (23), dubium ortum est circa textum documenti genuinum. Quapropter non abs re nobis videtur praesentare novam criticam transcriptionem, qua lectiones variantes trium exemplarium in ASV conservatorum accurate significabuntur. In adnotationes ad editionem non referentur lectiones variantes documentum minutae (24).

Transscribemus textum ab ipso S. Alfonso praesentatum (qui indicatur A). In notis ponentur lectiones variantes adumbrationis novae redactionis (quae indicatur B) et nitidi exemplaris novae redactionis (quod indicatur C). Ordo alphabeticus A-B-C congruit cum ordine chronologico quo textus confecti sunt (25). Die 30 martii 1748 Libellus supplex originalis in secretariam S. Congregationis Concilii advenit, illuc transmissus a Summo Pontifice; scriptus ergo esse debet mense febr. vel initio mensis martii 1748 (26). Adum-

(19) *Lettere di S. ALFONSO I*, Roma [1887], 149-151. - Dies 30 III 1748 non est dies scriptiois epistulae, ut hic supponitur; illo die Libellus supplex in tabulas S. Congregationis Concilii relatus est. Documentum originale in arch. illius Congregationis conservatur, non vero in arch. S. Congregationis Episcoporum et Regularium.

(20) *Documenta miscellanea* 56-58. - Haec editio confundit textum Libelli originalis (Congregatio sub titulo SS. Salvatoris) et textum novae redactionis (infrascriptae Constitutiones et Regulae).

(21) DE MEULEMEESTER, *op. cit.* 187-190.

(22) TELLERIA, *op. cit.* 444-445.

(23) Differentiae utique minoris momenti, quae sensum non mutant, exc. duabus mutationibus: quoad Congregationis titulum et quoad tempus praesentationis Regularum. Vide infra, not. 2, 52, 59-60 ad textum Libelli supplicis.

(24) Quaedam differentiae leviores exstant inter adumbrationem-minutam et Libellum supplicem porrectum. Notamus tantum quod in minuta petitur approbatio Regularum, quae humiliter praesentantur: «Degnandosi insieme la S.V. di approvare le Regole che umiliano a' suoi piedi». - Initio ergo cogitabatur de mittendis Regulis una cum Libello supplicis, quo tamen primo consilio Alfonsus destitit.

(25) In *Spic. hist.* 14 (1966) 320 affirmatur textum B esse meram transscriptionem (einfache Kopie) textus C, quod tamen modo scriptiois exemplarium excluditur.

(26) Libellis supplicibus Summo Pontifici praesentatis non ascribitur (olim saltem non ascribebatur) dies ab auctoribus. Dies documentum sumitur ille qui in S. Congregationis secretaria apponitur, quando documentum in tabulas refertur.

bratio novae redactionis facta est post diem 18 ian. 1749 (votum Cardinalis Besozzi) et exemplar nitidum novae redactionis confectum est post diem 27 ian. 1749 (decisio S. Congregationis Concilii «institutionem Congregationis sub titulo SS.mi Redemptoris cum Constitutionibus et Regulis supra descriptis... approbari et confirmari posse») (27).

\*  
\* \*  
\*

In ASV, Arch. Secretariae Brevium, 3180, Bened. XIV, 25 Febr. 1749, fol. 75-75<sup>v</sup> et IIII-III<sup>v</sup> (Doc. II Positionis confuse ordinatae) conservatur alter Libellus supplex, nempe ad Breve apostolicum approbationis obtinendum.

Quia agitur de Breve obtinendo, porrecta est supplicatio post diem 27 ian. 1749, quando decisio S. Congregationis Concilii data fuit; praesentata vero est ante diem 7 febr., quo die gratia concessa fuit, ut a tergo documenti notatur.

Documentum constat folio maiore plicato. Textus pp. 1-3 scriptus est manu ignota; in editione signabuntur folia Positionis. In parte dextra p. 4 (fol. III<sup>v</sup> Positionis) additae sunt diversae notitiae aliis manibus (28): a) «Alla Santità di N. S. Papa Benedetto XIV - Per - Il Sacerdote Alfonso di Liguori e Compagni Missionarj della Cong.ne del SS.mo Redentore del Regno di Napoli». Inscriptio documenti addita, ut videtur, ab eo qui Libellum Papae tradidit. - b) «Al S[ignor]e Card. Segr[eta]rio de' Brevi, che ne parli». Ut videtur, manus secretarii Summi Pontificis Benedicti XIV. - c) «Die 7 Febr. 1749 - SS.mus annuit in f[orm]a specifica iuxta Decretum». Notitia Card. Dominici Passionei post audientiam m.p. folio inscripta.

Libellus supplex ad Breve approbationis obtinendum, addita petitione pro gratiis et privilegiis Congregationum ministerio apostolico deditarum, Summo Pontifici praesentatus est a P.e Andrea Villani, qui die 18 febr. ad S. Alfonso circa petitionem retulit (29).

Revocamus postremo ad tertium Libellum supplicem, cuius adumbratio-minuta conservatur in AG I A 3a. Documentum scriptum est a P.e Villani, qui Cardinalibus S. Congregationis Concilii membris («Em.mi e Rev.mi Signori») supplicat, «che attento il voto di detti Em.mi Commissari [Spinelli et Besozzi], si degnino discendere all'approvazione dell'accennato Istituto e Regole... pregando insieme la loro carità di volere sollecitare la determinazione». Documentum originale non invenimus in ASV, Arch. S. Congregationis Concilii; dubium itaque manet, num hic Libellus supplex re vera praesentatus sit necne.

(27) Consilium re vera captum est domi apud Card. Praefectum die 27 I 1749, sed dies subscriptionis decisionis est 25 I 1749, quando sessio ordinaria S. Congregationis fuerat habita. Cfr TELLERIA, *op. cit.* 464-466; DE MEULEMEESTER, *op. cit.* 208-210 300-301, 307; BERNARDS in *Spic. hist.* 14 (1966) 331-332.

(28) Vide facsimile in forma diminuta notitiarum a tergo documenti inscriptarum apud TELLERIA, *op. cit.* 445.

(29) Epistula P.is Villani edita est a DE MEULEMEESTER, *op. cit.* 308-310.

## Libellus supplex S. i Alfonsi

ad Instituti et Regularum approbationem impetrandam, 1748

Beatiss.mo Padre (1)

Il Sacerdote Alfonso di Liguori, Napoletano, insieme cogli altri Sacerdoti Missionarj suoi compagni, congregati sotto il titolo del SS.mo Salvatore (2), umilmente supplicando espongono alla Vostra S. (3), come essendosi per più anni esercitato (4) nelle sante missioni come Fratello della Congregazione dell'Appostoliche (5) Missioni, eretta nella Cattedrale di Napoli, ed avendo osservato il grande abbandono, in cui si trovava (6) la povera gente, specialmente delle campagne ne' vasti paesi del Regno, fin dall'anno 1732 si unì con detti Sacerdoti suoi compagni sotto la direzione del fu Monsignor Falcoja, Vescovo di Castello a Mare, affine d'impiegarsi nell'ajutare colle missioni, istruzioni (7) ed altri esercizj (8) le anime de' poveri della campagna, che sono i più destituti di soccorsi spirituali, mancando spesso chi loro amministri (9) i santi sacramenti e la divina parola, tanto che (10) molti di loro per mancanza d'operarj giungono alla morte senza sapere neppure i misterj necessarj della fede; poichè (11) pochi sono quei Sacerdoti, che attendono di proposito alla coltura de' poveri contadini per ragione delle spese ed anche degli incomodi (12), che bisogna soffrire (13) per questo impiego. E perciò essi supplicanti sin d'allora colle missioni sono andati ajutando questa povera gente, girando per le campagne e per li luoghi più abban-

(1) B: B.mo Padre. - C: Beatissimo Padre

(2) B et C: Redentore, - in B prius scriptum erat: Salvatore

(3) B: S.V. - C: Santità Vra

(4) B: essercitato

(5) C: Apostoliche

(6) B et C: trova

(7) B: istruzioni

(8) B: essercizj

(9) B et C: ministri

(10) B et C: tantocché

(11) C: poichè

(12) B et C: incomodi

(13) B et C: soffrire

donati di sei Provincie del Regno (14) con tanto profitto universale, ch'essendone giunta la notizia alla Maestà del Re, specialmente per le fatiche fatte a beneficio (15) del gran numero de' pastori della Puglia, S. Maestà con più Dispacci ha procurato (16) di fare un annuo assegnamento per lo mantenimento di detta santa opera, commendandola come utilissima per lo bene universale del suo Regno. Benanche l'Eminentissimo Arcivescovo di Napoli, che con tanto zelo governa la sua Chiesa, si è degnato di chiamare essi Supplicanti a servirlo, come han fatto nelle missioni de' casali della sua Diocesi (17). A questo intento essi Supplicanti coll'approvazione canonica (18) degli Ordinarj, e col (19) beneplacito ancora del Re, si sono congregati a vivere (20) in alcune case o sieno (21) ritiri posti fuori dell'abitato (22) in diversi luoghi del Regno, cioè nella Diocesi di Salerno, di Bovino e di Nocera ed ultimamente nella Diocesi di Conza, in cui coll'assenso apostolico (23) della S.C. de' Vescovi e Regolari è stata ad essi Supplicanti ceduta la chiesa di S. Maria Mater Domini colla casa ivi (24) adjacente, insieme con alcune rendite d'un beneficio (25) del Clero della Terra (26) di Caposele ed altre rendite assegnate da diversi benefattori, specialmente dall'Arcivescovo di detta Diocesi. In queste case oltre le missioni, colle quali essi Supplicanti continuamente sono usciti, si è dato ancora il comodo (27) a' contadini di venire da' loro paesi, dove hanno avuto le missioni, a rinnovare (28) le confessioni e ristabilirsi colle sante prediche. Dipiù (29) nelle medesime case si sono dati più volte l'anno gli esercizi (30) spirituali chiusi (31), così agli ordinandi, come a' Parochi

(14) B et C: Regno di Napoli

(15) B et C: beneficio

(16) B et C: procurato

(17) come han... Diocesi, in B et C: come hanno fatto nel servirlo ne' casali della sua Diocesi colle missioni

(18) B et C: approvazioni canoniche

(19) B et C: con il

(20) C: convivere

(21) B et C: siano

(22) B et C: abitato

(23) B et C: assenzo apostolico

(24) B et C: *omitt.* ivi

(25) B et C: beneficio

(26) B et C: *omitt.* della Terra

(27) B et C: commodo

(28) B et C: rinovare

(29) C: Di più

(30) B: essercizj

(31) B et C: *omitt.* chiusi

e Sacerdoti mandati da' loro Vescovi, ed a' secolari ancora; cosa ch'è riuscita di sommo lor (32) profitto così proprio, come degli altri, mentre con tali esercizj i Sacerdoti di là poi usciti e riformati (33) sono divenuti degni ministri del santuario a beneficio de' loro paesani. E tutto ciò si continua a praticare (34), aumentandosi sempre più il concorso e (35) profitto della gente.

Il (36) Signore poi colla sua mano ha molto benedetta (37) quest'opera, non solo colla conversione di tante (38) anime abbandonate e col profitto de' paesi, dove han (39) fatigato essi (40) Supplicanti, ma dippiù (41) coll'aumento de' soggetti, che sinora si sono aggregati a questa lor (42) Compagnia, sicché ora giungono al numero di quaranta in circa.

Beatissimo (43) Padre, questo è lo stato, in cui sta l'opera mentovata. Ma se la V. Santità (44) non si degnerà di concedere la sua apostolica (45) approvazione, l'opera non potrà avere il suo felice proseguimento. Posti dunque a' piedi della V. Santità, esso Supplicante e suoi Compagni La supplicano per l'amore che V. Santità (46) conserva della gloria di Gesù (47) Cristo e della salute spirituale di tanti poveri contadini, che sono i figli più derelitti della Chiesa di Dio (48), a concedere il suo apostolico assenso (49), che la suddetta (50) lor Compagnia si erigga e stabilisca in Congregazione di (51) Preti Secolari sotto il titolo del Santissimo Salvatore (52), soggetta sempre alla giurisdizione (53) degli Ordinarj de' luoghi ad instar

(32) B et C: *omitt.* lor

(33) così proprio... riformati, in B et C: mentre così i Sacerdoti riformati

(34) B et C: praticare

(35) B: e 'l. - C: e il

(36) B et C: *textus continuatur eodem verso*

(37) C: benedetto

(38) C: molte

(39) B et C: hanno

(40) B et C: i

(41) C: di più

(42) B et C: loro

(43) B et C: *textus continuatur eodem verso*

(44) B: S.V. - C: Sntà Vra

(45) C: apostolica

(46) a' piedi... che V. Santità, in B et C: a' piedi suoi La supplicano per l'amore che

(47) B: Giesù

(48) B et C: *omitt.* che sono... di Dio

(49) B et C: apostolico assenso

(50) B et C: sudetta

(51) C: de'

(52) B et C: Redentore. - in B prius scriptum erat: Salvatore

(53) B et C: giurisdizione



delle Congregazioni de' PP. della Missione e de' PP. Pii Operarj, col distintivo di dover sempre abitare (54) i Congregati fuori dell'abitato (55) e nel mezzo delle Diocesi più bisognose, affine di meglio impiegarsi in beneficio (56) de' contadini e d'esser così più pronti a porger loro ajuto (57). Degnandosi insieme la S.V. (58) di approvare le (59) Regole che a suo tempo s'umilieranno a' suoi piedi (60); sperando da V. Santità (61), che ha tanto zelo per la salute delle anime, specialmente di questa povera gente della (62) campagna, come ha dimostrato colle sue Lettere Circolari inviate a' Vescovi del Regno di Napoli, procurando (63) al possibile d'ajutarla (64) colle sante missioni, che voglia stabilire colla sua autorità suprema un'opera non solamente sì utile, ma ancora sì necessaria (65) per l'ajuto di tante povere anime, che ne' luoghi rurali di questo Regno così vasto vivono abbandonate di soccorsi spirituali. E l'avranno a grazia ut Deus (66).

Libellus supplex P.is Villani

ad Breve apostolicum approbationis Instituti et Regularum obtinendum, 1749

Santissimo Padre

Essendosi nell'anno 1732 adunati insieme il Sacerdote Alfonso de' Liguori, Napolitano, con altri Sacerdoti del Regno, per menare una vita apostolica, intenta allo studio della propria perfezione e di ridurre l'anime più bisognose alla strada del cielo, s'obbligarono con voti di povertà rigorosa, vita comune, castità ed ubbidienza. E così dato principio ad una nuova Congregazione d'operarj evangelici sot-

(54) B et C: abbitare

(55) B et C: abbitato

(56) C: beneficio

(57) B et C: *omitt.* e d'esser... ajuto

(58) C: Sntà Vra

(59) B et C: le infrascritte Cōstituzioni e. - In B haec verba post textum adiuncta sunt; in loco habetur signum. In C: haec verba in ipsum textum inserta sunt.

(60) B et C: *omitt.* che a suo tempo s'umilieranno a' suoi piedi. - In B haec verba linea deleta sunt; in C non habentur.

(61) B: V.S. - C: Vra Sntà

(62) B et C: di

(63) B et C: procurando

(64) B: d'ajutarle. - C: di ajutarle

(65) non solamente ... necessaria, in B et C: sì utile e necessaria

(66) E l'avranno... ut Deus, in B et C: che l'avranno ecc.

to il titolo del SS.mo Salvatore, i quali elessero per loro perpetuo Rettore esso Alfonso di Liguori, rimanendo soggetti alla giurisdizione de' rispettivi Ordinarij de' luoghi, furono da questi sempre impiegati alla cultura delle Diocesi colle incessanti fatiche di missioni, essercizj spirituali per li paesi e nelle loro case a' secolari ed ecclesiastici, che in gran numero vi son concorsi, ed altre opere apostoliche in ajuto spirituale de' prossimi. Quindi detta Congregazione s'è accresciuta e dilatata, grazie al Signore, in maniera che già si trovano ora fondate quattro case della medesima, col sovrano beneplacito del Re, in quattro diocesi del Regno, cioè Salerno, Nocera, Bovino e Conza, a prò delle quali non solamente i detti Congregati faticano, ma ancora di ogn'altro luogo, dove sono chiamati, avendo sinora scorse sei Provincie di detto Regno per conquista dell'anime.

Onde per lo maggiore accrescimento dell'Istituto, il Sacerdote di Liguori insieme cogli altri Congregati umiliò nel mese di Marzo dell'anno caduto 1748 divota supplica alla S.V., che si degnasse favorirli la sua apostolica approvazione; e la S.V. si degnò rimetter l'affare alla Sacra Congregazione del Concilio. La quale, dopo avere domandata minuta relazione e sentimento, prima dal Signore Cardinal Spinelli, Arcivescovo di Napoli, e poi qui in Roma dal Signore Cardinal Besozzi, a' quali [= al quale] ne commise la revisione delle Regole, finalmente a dì 25 del caduto Gennajo s'è compiaciuta emanare il decreto di approvazione di detto Istituto colle sue Regole e con assegnare il titolo del SS.mo Redentore.

||III|| Si prostra dunque ora di bel nuovo esso Alfonso di Liguori e tutti i suoi Fratelli congregati a' piedi della S.V., supplicando la di Lei benignità di voler corroborare questa approvazione con suo Apostolico Breve, degnandosi in esso, per maggiormente animare questa Congregazione all'inteso fine dell'ajuto dell'anime specialmente più abbandonate, renderla partecipe di tutte le grazie, favori, facoltà ed indulgenze concesse dalla S. Sede a tutte le altre Congregazioni di Sacerdoti, che fanno professione di faticare nel ministero apostolico, come sono i Pii Operarij, i Padri della Missione di S. Vincenzo di Paoli, ed altre consimili, a guisa delle quali questa del SS.mo Redentore è istituita. Che della grazia &